Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36553
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

23

usibus secundum dei uoluntatem moderetur. Interrogatio
Si uero etiam quis murmurat propter escam, quae erga eum sententia seruabitur.
Ea quae circa illos qui murmurauerunt in deserto. Dicit enim apostolus, neque Resp.
murmurauerit sicut quidam ex eis murmurauerunt et perierunt ab exterminatore.
Si oportet eum qui plus laborat requirere plus aliquid a consuetudine. R. Interrog.
Si propter retributionem dei laborem suscepit non hic Responsio
requirere debet laboris sui mercedem uel requiem, sed pro his ad promissa domini festinare, sciens quia sicut pro laboribus mercedes parauit dominus, ita etiam pro angustiis
consolationes. Uerum tamen hi qui praepositi sunt obseruabunt regulam illam quae dicit: Diuidebatur autem unicuique prout opus erat. Debet enim unumquemque praeuenire, ut secundum
laborem etiam solatia refectionis inueniat. Interrogatio
Quali affectu oportet accipere uel uestimentum uel calciamentum quale
Si quid breue aut grande est Responsio Qualecumque fuerit.
ad mensuram staturae suae hoc iudicare debet, sed cum omni uerecundia
et mansuetudine. Si uero pro abiectiori uel uiliori moueatur, aut quia non est nouum, meminerit mandati domini dicentis: quia dignus est non quicumque, sed operarius
mercede sua. discutiat se ipsum si digne operatus est opera dei et adimpleuit
omnia quaecumque praecepta sunt, et tunc non aliud requiret sed de eo ipso quod ei datur
adhuc erit sollicitus, quia super meritum suum accepit. Hoc enim quod de esca
dictum est etiam de omni re quae ad usus corporis pertinet, tacite forma ser.
Si quis iratus fuerit ut nolit Interrogatio Quam potest.
suscipere aliquid ex his quae ad usus praebentur. Responsio
Iste talis dignus est ut etiam si quaerat non accipiat, usque quo probet is qui
praeest ut cum uiderit animi eius curatum, tunc etiam quod corporis usibus
necessarium fuerit praebebit. Interrogatio Si necesse est omnes
conuenire ad horam prandii, eumque qui remanet et post prandium uenit quomodo transire.
Si quis uero de necessitate uel loci uel operis remansit Responsio
a communi ordine qui praeest probabit et agnoscit. Si uero cum possit occurrere non fecit
agit fateatur culpam neglegentiae suae et maneat sine cibo usque ad illam horam
qua conuenitur ad cibum in posterum diem. Interrogatio
Pauperes uenientes ad ostium et petentes quomodo dimittemus, et si debet
unusquisque porrigere panem uel quaecumque aliud, aut oportet hoc ad eum qui praeest
Cum dominus dixerit: non est bonum tollere panem Responsio Pertinere.